

DE NATURA

quid diagoras · atheos · qui dictus est postea · quam theodorus · nonne aperte
deorum naturam sustulerunt · nam abderites quidem protagoras · cuius
a te modo mentio facta est sophistes temporibus illis uel maximus · cum in prin
cipio libri sic posuisset de diuis · neque [illegible] neque ut non sint habeo dicere ·
atheniensium iussu urbe atque agro est [illegible] minatur · librique eius in con
tione combusti · ex quo equidem existimo tardiores ad hanc sententiam
profitendam multos esse factos · quippe cum poenam ne dubitatio quidem
effugere potuisset · sed quid de sacrilegis · quid de impiis periurisque dicemus · tubu
lus si lucius umquam · si lupus aut carbo · aut neptuni filius · ut ait lucilius putas
set esse deos · tam periurus aut tam impurus fuisset · deus siquidem nobis consulebat
hoc facito hoc ne feceris diceret · idque uisum uigilanti potius quam dormien
ti daret · iam uero quis dicere audeat uera omnia esse somnia · aliquot somnia
uera inquit ennius · sed omnia non necesse est · quae est tandem ista dis
tinctio quae .. nam si ea quoque di iu naquid inconstantius deo · quid inscitius
aut est quam mentes mortalium falsis et mendacibus uisis concitare · sin uera
uisa diuina sunt · falsa autem et inania humana · quae est ista designandi licen
tia · ut hoc deus hoc natura fecerit · potius quam aut omnia deus · quod negatis ·
128 aut omnia natura · quod quoniam illud negatis hoc necessario confitendum est · naturam
autem eam dico · qua numquam animus insistens agitatione et motu esse ua
cuus potest · cum languore corporis nec membris uti nec sensibus potest ·
incidit in uisa uaria et incerta · ex reliquiis ut ait aristoteles inhaerentibus
earum rerum quas uigilans gesserit aut cogitauerit · quarum pertur
batione mirabiles interdum ex[illegible] species somniorum · quae si alia
falsa alia uera · qua nota internoscantur scire sane uelim · si nulla est ·
quid istos interpretes audiamus · sin quae pia est · aueo audire quae sit ·
sed haerebunt · uenit enim iam in contentionem · utrum sit probabilius
deosne inmortales rerum omnium praestantia excellentes · concursare
omnium mortalium qui ubique sunt non modo lectos · uerum etiam
grabatos · et cum stertentem aliquem uiderint · obicere his uisa quaedam
ut excitatique [illegible] uera adomittunt falsa unde nascuntur ·

Leiden Voss. lat. fol. 86, f. 10r verkleinerd
Cicero, Nat. deor. + De div.

J. P. Gumbert, Cicerones Leidenses, in: Claudine A. Chavannes-Mazel – Margaret M. Smith, Medieval Mss. of the Latin Classics: Production and Use (1996) 209-244